



**Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi Theologi, sacris doctrinat literis omnia probantis, in XII. prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Cap. III. Audite verbum quod locutus est dominus super vos filii  
Israel, super omnem cognationem quam eduxi de terra Aegypti,  
dicens, Cantummodo uos cognoui ex omnibus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)



edunt hæreses. Cõsenti igitur cõpetenti loco mentē beniuolā aurēq; attēntā diuinā aucto-  
 ritatis uocibus accõmodemus. Quā profecto de oraculo sancti spūs cū admirāda subilitā-  
 te taliter proferūtur. **A**udite uerbū quod locutus est dñs sup uos filij Israhel. su-  
 per omnē cognationē quā eduxit de terra Aegypti, dicēs. **T**antummodo uos cog-  
 noui ex omnibus cognatiõibus terrē, iccirco uisitabo sup uos oēs iniquitates ue-  
 stras. Nunquid ambulabūt duo pariter, nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo  
 in saltu, nisi habuerit prædā? Nunquid dabit catulus leonis uocē suā de cubili suo,  
 nisi aliquid apprehēderit? Nunquid cadet auis in laqueū terrē absq; aucupe? Nū-  
 quid auferetur laqueus de terra, anteq; quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate,  
 & populus non expauescet? Si erit malū in ciuitate, quod dñs non fecit? Quia nō  
 faciet dñs uerbū, nisi reuelauerit dñs secretū suū ad seruos suos prophetas.  
**L**eo rugiet, quis non timebit? **B**ominus deus locutus ē, quis non prophetabit?  
**D**icta hæc uere clarissima & ualde splēdida sunt, sed splēdor & claritas eorū propterea mir-  
 nus lucet, q̄ nostrā caliginē patimur, & à nimia claritate lippietēs oculi reuerberātur. Q; si  
 sensum eorū, ipso aspirāte cuius dicta sunt, aliquatenus cõsequi meruerim⁹, profecto iudicia  
 dñi nō solū hūmilit, uerū etiā sciēter laudare poterimus. Audite (inquit) uerbū qd locutus est  
 dñs sup uos filij Israhel. Magna dicturus iste, paulo añ Thecutes pastor, & statim cõlestis  
 rhetor, cõpetēter attentū postulat auditorē, & hoc agit cū cõmemoratiõē magni & notī be-  
 neficij, dū p̄missio, audite uerbū qd locutus est dñs, subiūgit, sup omnē cõgregationē quam  
 eduxit de terra Aegypti. Scit nāq; q̄ maxime bñficiū cõmemorando debet hoc effici, ut  
 auditores, q̄ iā poterāt esse attēti, sint etiā beniuoli. Locutus est autē dñs dicēs, tantūmodo uos  
 cognoui ex oibus cognatiõibus terrē, iccirco uisitabo sup uos oēs iniquitates uestras. ¶ Iā  
 ad istā dñi locutionē Israhel impoenitēs, nō tñ impunitus sese in sua p̄cna erigit, & de ipsa  
 p̄cna, quā dissimulare uel abscondere nō p̄t, culpā adhuc defendit, & gloriabūdus dicit. Ic-  
 circo nos tñ p̄ ceteris gētibus à deo corripimur, ducti in oēs gētes captiui, q̄ nos solos p̄  
 ceteris gētibus diligit, sicut ipse in propheta dicit. Tantūmodo uos cognoui ex oibus cog-  
 nationibus terrē, iccirco uisitabo sup uos oēs iniquitates uestras. Nō em̄ sicut in alijs natio-  
 nibus dñs patiēter expectat, ut eas, cū iudicij dies uenerit, in plenitudine p̄ctōrū puniat, ita  
 & in nobis statuit, ut peccatis n̄ris in finē deuolutis, tūc demū in nos uindictet. Hoc modo se  
 met ipsos corpore & aīa captiui cõsolātur adhuc, sed uere frustra, q̄ diu impoenitentes sunt  
 neq; p̄ctō abrenūciant pro q̄ puniunt. Quo em̄ corripiedo deus, q̄ uisitādo iniquitates tēdit  
 dñs, nisi ut flagellis cõmonitus peccator, p̄ctm̄ agnoscat, ueniāq; p̄ces ad meliora conuert  
 sus. Illud oīno intēdit ut peccator in q̄ displicuit deo, displiceat etiā sibi. Q; si adeo rebellis  
 est & durā ceruicis, ut flagellādo id effici nō possit, tūc demū nō iam ut pater pius, sed ut iu-  
 dex iratus cõtūmacē foras mittit & abiicit, nullo mō conueniēte uel cõsentientē sibi. Hāc  
 intentionē suā deus notā esse uolens, post aliqua in hoc eodē propheta dicit. Vnde & ego  
 dedi uobis stuporē dentiu in cunctis urbibus uestris, & indigētiā panū in omnibus locis ue-  
 stris, & nō estis reuersi ad me, &c. Igitur tātis oppressus malis ille populus, nō est unde se cõ-  
 soletur, dū de p̄cna nequaq; ad correctionē eruditur. ¶ Et q̄a sibi met in hoc blāditur qd̄ di-  
 cit dñs, tantūmodo uos cognoui ex omnibus cognationibus, s̄ ueriori sensu hoc idē in ip-  
 sum taliter retorquendū est. Ita uos cognoui (ait dñs) ex oibus cognationibus, ut cognitio-  
 ne mei uos habere facerē, dando uobis legē scriptā, quā ceteris non dederā nationibus. Est  
 autē dignum, ut seruus sciens uoluntatē domini sui, & non faciēs, digna plagis uapulet mul-  
 tis: nesciens autē, plagis uapulet paucis. Igitur uisitabo super uos omnes iniquitates uestras  
 instante iudicio, remota misericordiā, tanta cū seueritate, ut ne saltem cõmonitoriū uobiscū  
 sermone conferre libeat. Quod si adhuc quæritis, ecce hoc ipsum q̄ rationale sit, per hoc  
 simile intimo cullibet auri audienti. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis?  
 Vtique dicetis mihi, Non. Ad hæc inquam, Nos duo sumus, ego qui arguo uel corripio  
 deus, & Israhel qui corripitur, nimirum non conuenit nobis, quia me corripientem deum  
 correptus Israhel non audit. In hoc nobis nimium disconuenit, quia ego arguo, ille se defen-  
 dit. Ecce tot anni sunt, & tot reges fuerunt, ex quo Hieroboam uitulos aureos fecit, nisi  
 prophetas, & nullus cõsensit: nullus em̄ regū à p̄ctis Hieroboā recessit. Itē & p̄ memetipm̄  
 ueniā q;

Procax defen-  
 sio iudæorū  
 in plagis.

Intentio dei  
 corripientis.

Infra. 4  
 uobis deditur

Israhel durus  
 puniri debet,  
 q̄ ceteris gētibus

Luca. 12.

et c.



COMMENTA · RVPER · ABBA · LIB · II ·

ueni, arguens & corripiens deus homo factus, Vos autem iustificatis uos coram hominibus: & cum sitis infirmi, dicitis medico, non es tu nobis necessarius. Igitur non pariter ambulabimus, sed et Israel in Assyrios, & Iuda in omnes gentes ductus captiuus, nulla pro prophetas aut predicatores aliquos mei confabulatione dignus iudicabitur, quia scriptum est, Ne effundas sermonem ubi non est auditus. ¶ Quod si & adhuc simile uel exemplum queritur, Ecce aliud. Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit praedam? Leonis quippe natura est, quod diu praedam non inuenit, silere: inuenta autem praeda, rugire, ut quodcumque illud sit animal, rugitu tremefactum & attonitum concidat, & in praeda fortiori non patienter quam impotenter cedat. Porro, leo pro similitudine deus fortissimus est, cuius irae resistere nemo potest. Praeda uero eius est, omnes electi, quod ubicumque sit, quoniam ad uitam est praedestinatus, ab ipso deo requiritur, ut ad uocem eius siue per angelum, siue per prophetam, siue per scripturas auditam ille commotus tremiscat, dicatque iudicium uel poenam gehennalem pauescens, totus humiliter succubat, poenitentiam apprehendat: sicutque in parte eius cedat, ut unus cum eo spiritus fiat, bene deuoratus, iuxta illud. Macta & manduca. Igitur quod ait, Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit praedam, idem est ac si dicat, Nunquid dignum deo est, illic uerba facere uel illic prophetam mittere, ubi scire non esse quemquam dignum uitae aeternae? Ad quod cum ratione exigente responderis, Non, commotus ter, ut iustum est, concedas esse dei iudicium, in eo quod claudit Israeli ora prophetarum, nullum super eum suae praedicationis emittit rugitum. ¶ Hoc ipsum & in suo aduentu attendit deus filius. Unde & sequitur. Nunquid dabit catulus leonis uocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Catulus leonis Iuda, ad praedam filii mi ascendisti. Cubile eius sepulchrum eius est, de quo idem continuo subiungit, Requienscens accubisti ut leo & quasi leaena. Quis intabit eum? Vox quam dedit iste catulus leonis de illo suo cubili, euangelii praedicationis est, quam gentibus auditam fecit, postquam de illo cubili, id est, de sepulchro exiit, resurgendo ex mortuis. Ait ergo, Nunquid dabit catulus leonis uocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Ac si dicat, Nunquid euangelium suum illis gentibus uel illis in locis praedicabit aut praedicabitur? ubi nullum sciat esse qui ad se pertineat, & suscipere debeat gratiam praedicationis? Non utique, imo tacebit, & praedicatorum suos illic uocem dare prohibebit. Hinc enim de ipsius praedicatoribus scriptum est, Transientes autem Phrygiam & Galatiae regionem, uetiti sunt a spiritu sancto loqui uerbum in Asia. Cum uenissent autem in Mysiam, tentabat ire Bythiniam, & non potuit, sed eos spiritus Iesu. Ibi ergo uel eo tempore uocem dedit iste catulus leonis, ubi uel quando nouum inueniendum esse quod apprehendat, id est, aliquem qui credendo saluus fiat. Unde iterum ibidem scriptum est, Cum autem pertransissent Mysiam, ascenderunt Troadem, & uisio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, dicens, Transiens in Macedoniam adiuua nos. Ue autem uisum uidit, statim quaesiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod uocasset nos deus euangelizare eis. ¶ Interea notandum est, quod praecedenti uersiculo, cum dicit, Nunquid rugiet leo, signanter addit, in saltu, & tunc demum subiungit, nisi habuerit praedam. Quod itidem subaudiendum est, in hoc sequenti uersiculo, cum dicit, Nunquid dabit catulus leonis uocem suam, uidelicet in saltu? Quid enim per saltum intelligi oportet, nisi multiplicatae generis hominum, quae super numerum creuit, cuius abundantia tota syluestris & sterilis est? Leo quippe siue catulus leonis non saltum, sed in saltu aliquid apprehendere querit, id est, deus siue Christus dei filius non illos, quorum ut nasceretur causa peccatum fuit, sed tantum filios benedictionis per legem siue per euangelium suum requisitum & requirit, & ubi uel quoniam requirere debeat, uel quoniam illi sunt, ipse uocem dedit. ¶ Quos autem dicimus filios benedictionis? Nimirum illos quos creatis primis hominibus benedicendo iussit nasci, sicut scriptum est, Et creauit deus hominem ad imaginem suam, & ad imaginem dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos, Benedixitque illis deus & ait, Crecite et multiplicamini & replete terram, & subiugate eam. Solos nimirum electos suos tunc iussit nasci, & nisi peccatum incidisset, soli nati fuissent uel nasceretur electi. Quicumque nascitur super numerum electorum, ut nascatur, propter peccatum sit, & peccatum causa est multiplicatae eorum multitudinis: quia uidelicet propter peccatum mulieri dominus dixit, Multiplicabo arunas tuas & conceptus tuos. Ista multiplicatae coram leone isto, siue catulo leonis quidam saltus est, in quo uoluit sunt & dispersi errauerunt omnes electi dei, ut non potuissent inueniri uel discerni, nisi magna uigilantia requisisset eos deus uel filius dei tanquam famelicus leo, uel ut esuriens catulus

Ecci. 32.  
Leo, deus: praeda, electi.

Actu. 10.

Catulus leonis, Christus.

Act. 16.

Saltus super, excretae numerus hominum.

Filii benedictionis.

Gene. 1.

Gen. 3.



onis. Igitur tribus his uersiculis. Nunquid ambulabūt duo pariter, nisi cōuenerit eis, nūquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædā. Nunquid dabit catulus leonis uocē de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit: tribus (inquā) istis uersiculis, si recte intelligūtur, satis excusatum arbitramur deū, q̄ nō sine præiudicio dixerit toties superius, nō cōuertam eū, & q̄ perditōis aliquorum hoīm causa nō sit eius silentiū. Non em̄ propterea quia siluit ipse, aliqui perierūt, sed p̄pterea: quia cōuerti nō poterant, cōtinuit ab illis uocē suā nō ignorās (ut ait Sapiētia) qm̄ iniqua est natio eorū, & naturalis malitia ipsorū, & qm̄ nō poterat mutari cogitatio illorū in perpetuū. Semen em̄ erat maledictū ab initio. ¶ Sed forte dicit aliquis: Iste idem catulus leonis suo ore dixit: Vā tibi Corozaim, uā tibi Bethsaida: quā si in Tyro & Sydone factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in uobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiā egissent. Item: Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent usq̄ in hanc diē. Cur ergo saltē illic leo nō rugit, qm̄ quidē erat ibi, qd̄ apprehendere potuit? Verū de hoc iam alibi diximus. Et idcirco non diu immorandū est, breuiter tñ repetimus quia deus de tali illo pœnitentiā nō curauit aut curare debuit, quæ nō ageret p̄ æterna salute futuri seculi, sed pro uitāda aduersitate, p̄ retinēda prosperitate uitæ præsentis. Vergero uerba p̄phetica, p̄sequamur, sciendū prius est, quia sicut ad sp̄ritū p̄pheticū p̄tinuit, iustificare deū & excusare de his qui pereunt: ita nihilominus ad eundē p̄tinuit, gratiā dei cōmendare in his qui salui sūt. Hoc animaduertē uideamus quid sequit. Nunquid cadet auis in laqueū terræ absq̄ aucupe? O q̄ uiliū similitudines rerū, q̄ preciosum prædicant sacramentū Propheta hic de pastoralibus assumptus, qualia uidere uel agere solitus erat in pascuis, talibus cōtentus est ad cōmendanda per aliquas similitudines diuina mytheria, sic incipiendo: Et luxerunt speciosa pastore, & deinde dicendo: dominus de Syon rugiet, & nunquid rugiet leo in saltu, & nunquid cadet auis in laqueum, & cætera his similia quæ cuncta fere pastoralia sunt. Sufficiunt cœlesti magisterio res siue instrumētum nō solum piscatorū, uerum etiam pastore, ut per eorū similitudines docti sint & doceant conueniēter gloriā rerū cœlestium. Nunquid cadet (ait) auis in laqueum terræ absq̄ aucupe. Videlicet respondebitis nō. Nisi em̄ aucups arte sua laqueum diligēter tendat, & om̄i satagat industria quatenus auem capiat, auis fugitiua semper & uagaprius fauces incurrit accipitris, siue columba siue turtur illa sit aut certe turdus pinguis, prius (inquā) accipitri cedit in prædā, quā sua sponte ad regis inclyti deuolet mensam, quā ergo gratiā prouidus aucups habeat illi, cum suo illā laqueo cœperit? Vtiq̄ nullā sed ei uide potius industria res om̄is attribuēda est. Sic, p̄fecto dum a: am errantē & per uanitates & insanias fallas uolitantē: ueritas dei suo laqueo comprehenderit, ita ut cōsentiat ueritati, bene illaqueata uerbo salutis, cui cōtra dicere nō possit, & idcirco nec etiam uelit, totū gratiæ dei attribuentum est, qui boni uerbi sui laqueum tetendit, ut auicula uaga, s. anima prius deueniat in manū dñi dei, q̄ fauces incurrat diaboli. Ergo per hanc similitudinē uersiculus iste dei gratiam, sequens autem dei potentem efficaciam, efficacem dei commendat potentiā. Ait em̄: Nunquid auferetur laqueus de terra, anteq̄ quid cœperit? Hoc em̄ idem est, ac si dicat, deus intendens opus bonum, opus perfectum. Nunquid uerbum meum redibit ad me uacuum? Non utiq̄, nam etiam in alio Propheta dicit ipse. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terrā, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcūq̄ uolui & prosperabit in his ad quæ misi illud. Secundū sensum eūdē dictū hoc accipiamus, ac si dicat Propheta. Sicut laqueus nō auferetur de terra, anteq̄ quid capiat: sic uerbum meum in uacuum non ibit, sed in eo prosperabitur, ut oēm electorū numerū ad me reducat. Sed nunquid in collectione electorū, quæ per laquei captionem recte intelligitur, sicut & per laxationem retium piscantium, sola operata est uel operatur sapientiæ ratio, & nō etiam fortissimus iudicij terror auditus in om̄i mūdo. Sequit ergo: Si clanger tuba in ciuitate, & populus nō expauescet: Tuba nāq̄ bellī signū reuelationem iræ dei significat uenturæ super oēm impiū, quæ tunc temporis quidem nūciabatur uocibus legis & prophetarū, tandem autem reuelatur per Christi euangelium. Iustitia enim dei, inquit Apostolus in eo reuelatur. Item: Reuelatur em̄ ira dei de cœlo sup̄ oēm impietatem & iniustitiam hominum eorū qui ueritatem dei in iniustitia detinēt. Ergo q̄ ait: P si clāget

Sap̄ia. jz.

Obiectio  
Mat. ij

Solutio  
Supra i Osee  
lib. z.

Pastorales si  
militudines hu  
ius prophetæ

An̄a, ut auis  
uērbum dei,  
ut laqueum

Esa. 55

Rom. j.

P si clāget



si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet, idem esse uidetur, ac si dicat. Quia uerbu uel sapiam dei comprehendente & simplices in simplicitate eorū, & sapientes in astutia eorū, per similitudinem laquei significauerunt: nequaquam tamen existimes, quod semper suppre se resonare, uel in angulis susurrare, & de humo audiri debeat uerbum dei. Sic enim terribiliter in toto audietur orbe, sicut tuba clangens in ciuitate, quam cum populus audierit, sine dubio expauescit. Porro ciuitas diaboli contraria ciuitati dei, neque per subtilitatem laquei, neque per terrorem tubę clangentis conuertit, ut respiscat & effugiat iram dei, & propter hoc neque in hoc seculo, neque in futuro, malum deest illi, faciente iudicio dei. Sequitur ergo: Si erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit. Et quidem in ciuitate illa, id est, in hoc mundo, qui in maligno positus est, malum esse non potest negari, sed quod dominus malum ipsum faciat, negare contendent ciues eiusdem ciuitatis, deo rebelles & increduli, exempli gratia: Malum uenit in ciuitatem Samarię propter uitulos aureos, quos fecit Hieroboam, cuius a peccatis nullus regum Israhel recessit: illud uidelicet malum, quod Israhel ab Assyrijs captiuus ductus, Malum itidem uenit in ciuitate Hierusalę, ut primū a Babylonijs: & deinde excinderetur a Romanis. Nonne huiusmodi malum dominus fecit. ¶ Etenim malum quidem, quod est iniquitas, Dominus non fecit: sed malum, quod est afflictio propter iniquitatem, dominus induxit. Unde hoc comprobari poterit: Ait: Quia non faciet dominus deus uerbum, nisi reuelarit dominus secretum suum ad seruos suos Prophetas. Nimirum ad comprobandum quod dominus fecerit eiusmodi mala, magnū & euidens est argumentū, quod priusquam faciat illud, priusquam ueniat ipsum malum, dum adhuc in dispositioe domini latet secretum, reuelat illud seruis suis Prophetis, ut illi pronuntient futurū, ut audientes aliqui metuant sibi quod caueant, & fugiant iuxta illud: Deisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. Sic non fecit dominus deus diluuium, nisi prius reuelaret secretū suum ad Noe seruum suum. Sic non pluit ignem & sulphurem super Sodomam & Gomorram, nisi prius reuelaret secretum suum ad Abraham amicum suum. Sic non percussit Aegyptū, neque submersit Pharaonem in mari rubro totum eius exercitum, nisi prius reuelaret secretum suum ad Moysen seruum. Sic & de ceteris omnibus sentiendum, quęcumque acta uel agenda sunt usque ad nouissimam tubam, qua personante tubum celebrabitur iudicium: quia nihil actum uel agendum est, ita ut non sit ante reuelatum. Itaque non erit malum in ciuitate, quod dominus non fecit, quod exinde comprobari potest, quia non facit quicquam dominus deus, nisi prius ad seruos suos Prophetas secretum suum reuelauerit. Hęc isto dicente qui pastor fuit, subaudiendum est ac si dicat: quia malum in Israhel faciet dominus, & antequam hoc faciat, ad me seruum & Prophetam suum secretum suum reuelauit. ¶ Item & illud memoriter tenendum est, quia rebellis & contemptor Israhel contra gibus suis, silentium indicebat Prophetis, sicut superius in persona sua dominus dixit: Ego pinabatis Nazaręis uinum, & Prophetis mandabatis, dicentes: ne prophetetis. Et cui ex omnibus Prophetis proteruius mandaret, quam isti qui pastor fuit. Itaque pecorum quidem pastor sed regum imperator forti auctoritate sese accingit, & dicit: Leo rugiet, quis non timebit. Quam similitudinem ut quid arripuerit, sequenti protinus percunctatione aperit, cum dicit: Dominus deus locutus est, quis non prophetabit? Est enim hic sensus. Vos reges & principes, & superbi diuites, assueti estis mandare prophetis, & dicere, ne prophetetis. Quis est hic? Ego autem dico uobis: quia loquente domino & dicente, uade & propheta, ego ita quasi ad rugitū leonis timeo, & tacere non audeo, & prophetandi necessitatem habeo, quis uos reges, & ego sum pastor. Et quid uultis? Si iustum est in conspectu dei uos potius audire quam deum, iudicate. Sed nunquam spectandum erat illi ad arbitriū suę iudiciū illoꝝ, quibus consuetudo erat mandare & dicere prophetis, ne prophetetis: Nonne secundum uelle illoꝝ non deo potius quam hominibus potius deo putaret esse obediendum? Nempe deum præferre homini regi, rebellionem esse conseruare. Hinc enim longe inferius scriptū est, & misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam regem Israhel, dicens: Rebellauit contra te Amos in medio domus Israhel, non poterit terra sustinere uniuersos sermones eius. Recte igitur non expectata responsione, cum dixisset: Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus est, quis non prophetabit? confestim ipsum dominum rugitū, ipsam domini dei locutionem constanter adiicit: **L. Audium facite in edibus Asoti, & in sedibus regum Aegypti, & dicite. Congregamini super omnem montem Samarię, & uidete in ianuis**

Quod malum facit dominus?

Plal. 79  
Gene. 6  
Ibidem. 18  
Exo. 3, 4

Supra. 2.

Actu. 7

Infra. 7.



multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius, & nescierunt facere rectum, dicit dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in edibus suis. Propterea hec dicit dominus deus. Tribulabitur & circuietur terra, & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur eades tue. Hic est rugitus leonis, hec est locutio dñi terrentis Prophetam, ne tacere audeat, prophetare ne differat. I ubet ut annúciat Azoto & terræ Aegypti quæ sequuntur. Dicite (inquit) ut cōgregētur quæ in uicino sunt, & uideant scelera Israhel, ne iniquum putent esse iudicium. Ac si dicat: Prius uidete quæ faciūt, & tunc meam sniam comprobate. Propter huiusmodi, sollicitudinē Moses sese habere ondebatur, qñ irato dño propter uitulū quem fecit Aaron, & dicēte: Dimitte me ut irascaī fuor meus cōtra eos. & deleā eos, faciamq; te in gentē magnā, stans in cōfractiōe. i. in nimia cordis humilitate in cōspectu eius orabat, dicēs: Ne quæso dicant Aegyptij, callide eduxit eos, ut interficeret in mōtib; & deleret ē terra: quiescat ira tua, & esto placabilis sup nequitia populū tui. Igit qm̄ tunc, ut uidebat amico meo Mosi, nō expediebat honori meo, delere illos: ne tale quid dicerēt Aegyptij: quia nondū innotuerāt illis causę, ppter q̄siuste deberē cōtra pplm̄ meū irasci: nūc infantię, quas faciunt, innotescāt & Aegyptijs & Azoto. i. Phylitij, qui Israhel in inimici sunt ppetuis: & uideant magnitudinē infantię, imō multas infantię in medio Samarię, ut pro deo adorēt uitulos, & immolent filios suos, & præterea calūniam faciāt in penetralibus suis, ita calūniosi, ita iniusti, ut rectū facere nesciāt. i. nullo mō approbēt rectitudinē siue iustitiā. ¶ Deniq; hoc nescire, contēnere est. Scdm̄ hunc modū Pharaon intelligēs: nescio (inquit) deū, & Israhel nō dimittā. Iudæi quoq; uidētes dñm & opera eius, qualia nemo alius fecit: nos scimus (ait) quia Mosi locutus est dñs, hūc autē nescimus unde sit. Porro nescire istoꝝ p̄senti loco maxime cupiditas quæ excæcat oculos etiā sapientiū, fecisse innuit, cū protinus subdit: Thesaurizātes iniquitatē, & rapinas in ædibus suis. Quantæ hoc dānatiōis sit, uidelicet thesauros cōgerere de iniquitate & de rapinis: p̄serti in illo pplō q̄ pauper in Aegypto fuit, quē misericordia liberatoris dei de illo camino paupertatis eduxit, nō satis digne p̄t edici: Superbia hæc maxime detestabilis est in seruis illis de paupertate & seruitio redeptis. Idcirco pulchre, cōgregamini (inquit) sup oēm montē Samarię, & uidete, mōtiū noie, magnitudinē uolens intelligi supbię. Nā prouincia quidē Samarię in montuosis sita est, sed ad cognoscendā dei iudicij dei iustitiā, plus ualet cōsiderare altitudinē Samaritanę supbię, q̄ terrenos siue locales mōtes Samarię. Propterea tribulabit (ait) & circuiet terra, & detrahet ex te fortitudo Iudæ, & deripient ædes tuę. Paꝝ esset dixisse, tribulabit & circuiet terra, nisi addidisset, & detrahet ex te fortitudo tua. ¶ Deniq; & ante tpa illa tribulata fuerat terra: tunc uidelicet, quādo (sicut in libro Iudicij legimus) tradidit dominus Israhel in manu Chusanrasathaim regis Mesopotamię, seruiueruntq; ei octo annis: & tūc qñ cōfortauit aduersus eos Eglon regē Moab seruiueruntq; ei octo decim annis: & tunc qñ tradidit illos in manus Iabin regis Chanaā, & p. xx. annos uehemēter oppressit eos: & tūc qñ tradidit eos in manus Madian septē annis, & oppressi sunt ualde ab eis: & tunc qñ tradidit eos in manus Phylitij & filioꝝ Ammon, afflictiq; sunt & uehementer oppressi per annos octo decim. Tot siquidem uicibus, id est, quinq; tribulata fuerat terra: sed nondū ex te o Israhel detracta fuerat fortitudo tua, nondū em̄ captiuus migraueras de terra tua. Nunc detrahet ex te fortitudo tua, & diripient ædes tuę: quia captiuus migrabis, om̄i tua supellectili captiuatibus Assyrijs in prædā cedēte. Nā ac si quærat aliq; ergo ne nullæ superūt reliquię, cōtinuo subiūgit: Hec dicit dominus, quomodo si eruat de ore leonis duo crura, aut extremū auriculę, sic eruent filij Israhel, qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in grabato Bamafci. Reliquię istę, uidelicet duo crura & extremū auriculę cuiuscūq; pecoris paruę sunt: sed hoc profunt eruat de ore leonis, q̄ ex eis p̄t agnosci quale fuerit pecus qd̄ leo deuorauit: utrū ouis an uitulus, utrū afellus an pullus equinus. Quauis quatuor sint crura transeuntiu sub uirga pastoris: duo tñ crura pro iudicio sufficiūt, alterę de anterioribus, alterę de posterioribus. Sic inquit eruent filij Israhel, i. magnę deuoratiōis multisq; mortibus supererunt aliqui, quorū calamitas mēorari faciet, quid olim fuerit, qualē gratiā pro peccatis suis amisserint. Recordamur nūc illius in psalmo uersiculi. Deus ostendit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos, ne qñ obliuiscant ppli mei, disperge illos in uirtute tua. Neq; enim di-

Exo. 32.

Nescire per  
cōtemptum  
Exo. 5  
Ioh. 9  
Exo. 23.

Iud. 3.

Reliquię Isra-  
hel miserę  
Psal 58



Etum illud arbitramur tantummodo de illa dispersioe Iudaeorum, quae facta est imperio Vespasiani & Titi: uergetiam de illa captiuitate decem tribuum, quae tunc instabat & facta est captiuitas tribus Assyrijs. Spūs prophetiae captiuitate utraq; prauidit: quae idcirco facta, ut non tū in uno loco, sed in omni terra fidē gentiū cōfirmaret, & idcirco pars eorū tanq̄ duo crura aut extre-  
mū auriculā de ore leonis. i. de cede uastantiū, eruta est, & uiuere pmissi sunt, ut etiā eorū tes-  
timonio siue monimēto dei iustitia pparet, & scripturae ueritas ubiq; sit, illis circūferenti-  
bus, ex qbus Christus dei filius testimoniū habēs ex lege & Prophetis cognoscit. Miserat ergo reliquias, quae sic erutae sunt, quaeq; alijs & nō sibi utiles sunt. ¶ Causam tātae deuoratiōis cōtinuo subiungit dicēdo: Qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in grabato Damasci. Causa magna est, & magni reatus criminis, quā significat uerbis huiusmodi. Illo nāq; tpe

4. Reg. 16.  
Esa. 7

quo pphetate isto decem tribuum captiuitas imminēbat, scederati erāt filius Romelae rex Isra-  
hel, & Rasin rex Syriae, & pariter ascenderūt ad plandū in Hierlm. Cūq; obsiderēt Achas,  
nō ualeūt superare eū. Arguunt ergo filij Israhel siue habitatores Samariae, qd̄ requiescerent  
in plaga lectuli, & in grabato Damasci. i. q̄ siderēt in homine, derelicto auxilio dei, cū

Hiere. 17

scriptū sit, maledictus q̄ cōfidit in homine, & ponit carnē brachiū suū, ut à dño recedat cor  
eius. Et quis uim sensuū uerbis ualeat digne cōsequi, dū dicit in plaga lectuli, & in grabato  
Damasci: Damascū uult esse in grabatū, imō in grabato iacentē aegrotū ut uere erat, cū esse  
rex eius homo mortalis & obnoxius peccato atq; corruptioni: qd̄ mirabiliter significat p pte

Plaga lectuli.

gam lectuli. Hominis nāq; sine deo quae uidet esse firmitas tāta est infirmitas, ut plaga lectu-  
li. i. sicut plaga uehementissima, ppter quā plagatus in lectulo necessario decūbit, & neq; sibi  
subuenire pōt neq; aliq;. Nam si nullū in corpe uulnus recepisset Damascus. i. Damasci rex  
Rasin, tū nihilominus ad increpandā stultitiā Israhel, qui posuerat carnē brachiū suū, ut à do-  
mino recederet cor eius, pulchre & ueraciter auxiliū illud dici poterat grabatus, q̄ est lectu-  
lus aegroti. Poterat (inquā) dici plaga lectuli, siue lectulus plagati. At uero Rasin etiam cor-

4. Reg. 16.  
Exiit Rasin  
regis Damas-  
ci

poraliter plagatus fuit. Mittente nāq; Achas nūcios ad regē Assyriorū, & dicētes: ascende  
saluū me fac de manu regis Syriae, & de manu regis Israhel, qui cōsurrexerūt aduersum me  
ascendit rex Assyriorū in Damascū, & uastauit eam, & trāstulit habitatores eius Cyrenes,  
Rasin autē interfecit. Itaq; per plagā lectuli plagatū imō & interfectū intelligimus Rasin: p  
grabatū autē Damasci uastationē atq; translationē habitatorū eiusdem Damasci, quae nimis  
magna fuit aegritudo: uelut in grabato decūbentis. Stultitiā igit Israhel redarguit, qui in tā  
& tanta infirmitate fidutiā habuit, quā (ut dignū erat) frustratus, ipse quoq; postmodū capti-  
uus discessit tanq̄ in deuorationē leonis: ita ut quicquid ex tunc de illo superfluit, totum pro-

duobus cruribus & p extremo auriculā reputeat, ad cōparationē priscē integritatis. Secū-  
L Audite & contestamini in domo Jacob dicit dominus deus exercituum, quia in  
die cum uisitare coepero p̄uaricationes Israhel super eum, uisitabo & super altaria  
Bethel, & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram, & percussiam domus  
byemalem cum domo aestiua, & peribunt domus eburneae & dissipabuntur edes mū-  
rae, dicit dominus. ¶ Mira & iusta uerba dñi & spūs sancti autoritas, quomō de ore pasto-  
ris nō minus q̄ de ore imperatoris peritonat. Supra dixerat: auditiū facite in aedibus Aegypti,  
in aedibus terrae Aegypti: nunc audite (inquit) & cōtestamini in domo Iacob dicit dñs deus  
exercituum: & deinde tertio dicturus est, audite hoc uerbū uaccarū pingues quae estis in monte  
Samariae. Si de pastore iam in regē fuisset assumptus, ut David, quid uellemus addi ad tantā  
maiestatē elocutiōis? Et uide q̄ pulchre, q̄ cōgrue nunc interponit, dicit dñs deus exercituum:  
dum uisitationē praenūciat super altaria Bethel, uidelicet ubi colebat Israhel similitudinem  
uituli comedentis foenum. Nonne oportuna cōmemoratiōe suū declamat patronū domi-  
num deū exercituum: cōtra illū tunc t̄pis patronū Israhel, nō dñm aut deū exercituum, sed  
uitulum cornutū, nō solum brutū, uergetiā sensu carentē, nec solū sensu carentē, uergetiā in-  
matū. Audite ergo (inquit) & cōtestamini in domo Iacob, ne quis de ignorantia se excuset.

Quamridicu-  
lus deus i Be-  
thel.

hoc: nō quia dico ego pastor armētarius uel pastor uitulorū, sed quia hoc dicit dñs deus exer-  
cituū, cōtra uim deū, nō saltē uitulum succo uel sanguine plenū, sed inane uituli similitudinem  
Et quid dicit? Quia in die, cum uisitare coepero p̄uaricationes Israhel: in die (inquā) id est in ma-  
nifesto, ita ut cause uisitatiōis, s. p̄uaricationes Israhel, luce uel die clariores sint, etiā in eodē  
Apo.



Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: ut non sit opus dicere: quare sic fecit dñs terræ huic & populo huic: tunc uisitabo etiã super altaria Bethel, ut uidelicet memoria uitulorũ pereat, q̃ unus est in Bethel. quæ debuit esse domus dei, sc̃dm hoc ip̃m nomen q̃d dicit Bethel. Et uiz de q̃ magnifice talem deũ, q̃ eleganter uitulum cornutũ percutit, dicendo: & amputabũtur cornua altaris, uidelicet p̃pter cornutã, quã colebat Israhel, formã uituli, foenũ comedentis, Amputata ergo cornua altaris, i. desolati cultores simulachri cornuti: cadent (iquit) in terrã, subaudiẽ nõ suam: quia captiui ducent in terrã alienã. Quod deinde subiungit: & percutiam domũ hyemalẽ cũ domo æstiuã, simplr iuxta literã accipere possumus: tantaq̃ uidelicet eos fuisse opum, ut duplices haberent domos, hyemales & æstiuas: quaz̃ aliã uersã essent ad aquilonẽ, aliã ad austrum, ut pro uarietate tempoz̃ frigidis & caloris, cœliq̃ temperiẽ p̃uiderent. Itidem q̃ ait: & peribunt domus eburneã, iuxta historiã stare potest. Legimus enim Achab regẽ Israhel tantis fluxisse delicijs, ut domũ eburneã sibi fecerit. Merita cõtra tales cœlestis iræ seueritas, q̃bus cũ idcirco dedisset dñs regiones gentiũ & labores populorũ in possessionẽ, ut custo dirent iustificatões eius & legẽ eius requirerent: econtrario cõtra iustificatões eius & legẽ eius modis omnibus incedẽtes: uitulis quoq̃ aureis nefario cultu applaudiebãt, iuxta illud: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit deũ factoreẽ suũ. Propter eiusmodi crassitudinẽ siue incrassationẽ, impinguationẽ, dilatationẽ atq̃ recalcitrationẽ tam pulchre q̃ ueraciter, tam iuste q̃ fortiter, in uectiõẽ mirabili consurgens sermo diuinus clamat, & dicit: **Hudite hoc uerbũ uaccę pingues** que estis in monte Samarię, que calumniã facitis egenis, & confringitis pauperes, que dicitis dominis uestris, afferte & bibemus. Hoc ip̃m & q̃ dicit audite iam tertio fragore infelicũ auribus, illidit: Primo nãq̃ dixerat, auditum facite in ædibus Azoti. Deinde quasi propius accedens: audite (inquit) & contestamini in domo Iacobs: nunc uelut ad summũ perueniens, i. ad ipsos sacerdotes: audite (inquit) hoc uerbũ uaccę pingues. Nemp̃e acutus atq̃ animosus dignũ erat percuti tales dæmonũ sacerdotes, regẽ & animaz̃ hominũ uoratores, qui assumpti de extremis populi, ueritatẽ in mendacio detinebant, tanq̃ in hoc ipsum pretio conduci. Fecit enim Hieroboam sacerdotes de extremis populi, callide nimirũ agens, & sciens q̃ libenter cũ suo fauore repẽtinã homines extremi diuitias exciperẽt: **Ecce uaccę pingues recte dicuntur eiusmodi sacerdotes.** Poterant autẽ dici uituli pingues, factis congruũ hoc illis esset, ut uituli dicerentur uitulorũ cultores, & in uitulorũ simulachris confidentes, atq̃ ex eorũ cõmertiõ pingues: Quare ergo cũ essent sexu uirili, uaccas seias quã uitulos masculos eos dicere maluit? Videlicet ob augmentũ cõfusiõis, quia uitulis erãt subacti miro genere fornicatõis, uaccæ debuerunt dici: quia sicut uisibiliter adorãdo substernebant se talibus uitulis, ita & inuisibiliter animæ illoz̃ erãt prostitutæ tauris, i. spiritibus malignis. Itaq̃ nõ parui ponderis habet q̃ dicit: audite hoc uerbũ uaccę pingues. Simul nanq̃ tria hæc uehemẽter astruit, & similitudinẽ de qua Psalmista: Similes (inquit) illis fiãt qui faciunt ea, & om̃es qui cõfidunt in eis: & fornicationẽ, qua deserto creatore fornicabant cũ uitulorũ simulachris: & turpẽ uentris impensionẽ quã in otio fouebãt, affluentibus de cuncto populo diuitijs: ueraciter incrassati, impinguati, dilatati, & exinde recalcitrantes, utpote pingues uaccæ: nõ trã pingues, uerũ etiam cornupetæ. Nam & superbia pinguiũ designat in eo q̃ ait: quæ estis in monte Samariæ, & cornupetarũ feritas uaccarũ in eo q̃ protinus subiungit. Qui calumniã facitis egenis, & confringitis pauperes. Deinde q̃ ait: quæ dicitis dñis uestris, afferte & bibemus, quis satis digne admiret: Quis alius, nisi spiritus sanctus taliter per os pastoris loqueret? Uaccæ pingues & nimium delicatæ, longius à præsepibus, saltem ad adaquandũ, non patiuntur educi: sed ad ipsa præsepia iubent sibi limpidas de puro fonte aquas deportari. Et quibus hoc iubent? Dominis suis. Quibus uerbis uel qua similitudine magnificentiũ indignitas rei potuit explicari? Sacerdotes illi de extremis populi (ut iam dictum est) assumpti, & per illã assumptionẽ supremi ac diuites effecti, atq̃ uelut uaccæ pingues ocioso ventre dilatati, accumbebant plenis epularũ mensis, satisq̃ agebant pro imperio dicentes dominis suis, regibus suis: afferte ut bibamus, & de cætero seculos uos faciemus. Eternũ dũmõ sumptus nobis & pocula nõ desint, statuta iugiter regalibus edictis, nostri studiũ nostræ erit prouidentia, præoccupatos tenere animos populi, ne uelit ascendere ut faciat sacrificia in

3. Reg. 22

Psal. 109

Deu. 32

CAP. III.

Rom. 1.  
3. Reg. 12.

Vaccæ pingues, sacerdotes uitulorum